

Hermann Lembke

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hermannus Lembke/ I.U.D. & Cod. Profess. Ad Exequias quas ... Virgini Annae Elisabethae Willebrandiae, Filiae desideratissimae, moestissimi Parentes hodie paratum eunt, Omnia ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, [1658]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777132486>

Druck    Freier  Zugang



178.

PROGRAMMA  
*Quo*  
RECTOR UNIVERSITATIS  
ROSTOCHIENSIS

HERMANNUS  
LEOBRE/  
J.U.D. ac Cod. Profess.



Ad  
EXEQUIAS

quas  
ANTISSIMÆ ET PISSIMÆ  
VIRGINI

ANNÆ ELISABETHÆ  
WILLEBRANDIÆ,

Filia desideratissima,  
Moestissimi PARENTES hodiè para-  
tum eunt,

Omnium ordinum CIVES ACA-  
DEMICOS studiosissimè invitat.

ROSTOCHII

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ

LB FP: Willebrand, Anna 5  
1658

**S**olius hominis esse dignitatem quandam, sive maiestatem praeceteris animalibus, & satis animadvertisimus, & in Conditorem & Parentem omnium gratiagnoscamus. Quod si ex altera parte conditionem nostram spectamus, nemo est, quamvis generis clarus, aera virens, viribus valens, amicis & opibus potens, honoribus magnus, nec fortunae solum, sed dotibus etiam animi praestans, qui de felicitate suâ sibi certi ad unum diem aliquid habeat polliceri. Id animadversum ab initio, occasionem dedit & populo & Sapientibus, ut alii aliter hanc miseriari pingent, atq; unumquemq; nostri generis cum solio, cum bullâ, cum volatu muscæ, cum umbrâ, cum somnio, denique cum umbrâ somnii compararent. Et verò hasce imagines, & hæc fragilitatis nostra exempla considerare

siderare rectum puto, non ut nos animis  
torqueamus, sed ut recta vita rationem in-  
amis, præter consuetudinem potissimum par-  
tis mortalium. Nec hinc opus est perversa ho-  
minum studia recensere: Quid agere, aut  
quod referre nos oporteat, novimus, ut hoc  
spacio brevi omnino, quotquot etiam an-  
norum futurum sit, confessio, transcamus in  
meliorem, eamq; incertus & calamitatis o-  
mnis expertem vitam. Quæ hujuscemodi sunt  
generis, animis nostris semper quidem ob-  
versari, sed in funerum deductionibus omni-  
um maximè in mentem nobis venire de-  
bent; sic polliceri equidem habeam, nos si-  
vè studii, sive humanitatis nostræ non levem  
fructum domum reportatutos. Intueamur  
hodiernum saltim elegantissimæ annisq; flo-  
rentissimæ VIRGINIS, ANNAE ELISABE-  
THÆ WILLEBRANDIÆ, exemplum,  
quod vel solum de vita nostræ fragilitate, re-  
rumq; humanarum inconstantiâ abundè nos  
erudit, & in plurimarum etiam aliarum re-  
rum considerationem deducet, quas medi-  
tari cotidie, inq; usus convertere suos, ne-  
mo profecto, qui sapiat, beneq; sibi prospe-  
ctum velit, negliget. Nata est VIRGO Anno  
1642, 19. Novembr. i.e. ipso ELISABETHÆ  
die

die, Patre **VIRO** Spectatissimo & Prudentissimo DN. JOANNE WILLEBRANDO, Senatore Reip. hujus p̄eclarē merente; Matre sexus sui dotibus ac virtutibus ornatissimā Fēminā, **ELISABETHA** Gassen. Avus paternus fuit **VIR** Amplissimus DN. JOANNES WILLEBRANDUS, itidem loci ac Reip. hujus Senator eximius; Avia paterna lectissima & pudicissima **ELISABETHA** Lūnsinges. Avus Maternus extitit **VIR** Clarissimus & Excellentissimus DN. M. PETRUS Gasse/ Logices quondam apud nos Professor, Ducalis Collegii, itemq; totius Universitatis venerandus Senior; Vir antiquā virtute & fide: Avia materna **EUPHROSINA** Hagemeisters/ ex perverstā celebriq; HAGEMEISTERORUM gente, quæ GÜSTROVIO originem debet, oriunda. Proavum paternum habuit **JOANNEM WILLEBRANDUM**, Principem apud nos Civem ac Mercatorem, quin & Sedecim virum spectacissimum: Proaviam paternam Nobilissimam **ANNAM** Barneris/ Strenui ac Nobiliss. DN. SEBASTIANI Barneris / Dobberanensis Praefecti, & primarii quondam urbis nostrae civis, filiam: Proavus Maternus erat **JACOBUS** Gasse/ nec ipse inter cives olim ac negotiatores nostros postremus;

mus; Proavia materna ANNA BURENIA,  
natà istò ACADEMIÆ quondam nostræ,  
omniumq; in eâ elegantiorum literatum IN-  
STAURATORE, ARNOLDO BURENIO,  
summo ac incomparabili VIRO, inq; tantum  
laudando, in quantum prisca virtus & erudi-  
tio intelligi unquam possunt. Hi, quos recen-  
suimus, sunt, quibus originem debet ANNA  
ELISABETHA WILLEBRANDIA. Paren-  
tes, quum non nisiâ, quâ ipsi aliquando in  
lucem prodiissent, conditione, filiam ex se ge-  
nuisse scirent, i.e. peccati sordibus totam in-  
volutam, adeoq; extra gratiæ statum positam;  
ante omnia id dedere operam, ut per Bapti-  
smum, illud INITIATIONIS Sacramentum,  
à vicio, quod adhærebat, ablueretur, & in fæ-  
dus recepta, Christianæ Ecclesiæ membrum  
fieret. Neq; verò deinceps etiam quicquam  
intermissum est eorum, quæ probè legitimeq;  
educandæ factura esse viderentur. Nul-  
lanon monstrata ei via ad virtutem est, quæ  
varia idcirco exercita VIRGINI in omni vitâ  
fuit, sed nulla crebrior, quam PIETAS, ut  
quam sciret habere promissiones hujus & futuri  
seculi. Non habita ferè sacris in Ædibus est  
Concio, & vix preces peractæ ullæ, sine ipsâ  
audiente. Non res ulla conspecta in manibus  
cjas

ejus frequentior, quam sacer divinusq; liber;  
tantumq; mehercule in studio cælesti crevit,  
ut de fidei nostræ aut religionis capitibus for-  
tean quærenti, promtius rectiusq; respondere  
juvencula potuerit, quam quævis adultior  
alia. Pudorem verò etiam maximè omnium,  
ad eoq; asservabat, ut ne oculis quidem cu-  
jusquam, quicquam de virginitatis integrati-  
tate delibari permetteret. Veritatis sic  
amanserat, ut nec joco mentiretur. Pati-  
entissima, quamcunq; etiam sortem POTE-  
STAS MAJOR ferendam immitteret. Hu-  
millima, ut superiores veneraretur, æquales  
diligeret, Minorum neminem contemneret;  
omnibus cuperet esse inferior. Summa: Ni-  
hil agere visa est, quod non omni ex parte  
VIR TUOSAM esse argueret. Ceterum ad tri-  
stiam, & nescio quos non melancholicos ani-  
mos, proniorem Natura fixerat; Sexq; sunt  
ipsæ septimanæ, quod somni inopiam (quem  
ad eo plerumq; exiguum experta est, ut vigiles  
quandoq; integras noctes duceret) gravi ce-  
phalalgia premeretur, à qua tamen per singu-  
rem DEL gratiam, & fidelissimam, Experi-  
entiss & Excellentissimi VIR IDN. JOANNIS  
BACMEISTERI, Med. D. ac Prof. Collegæ  
honorandi, operâ, usq; adeo respiravit, ut pro  
svero

svero more, maximoq; cum prolubio templum  
iterum frequentaret, & ante hos etiam 14. dies,  
unâ cum parentibus, maximâ mentis devoti-  
ne, sacrâ synaxi uteretur. Mensis hujus die 4. de-  
novis capitib; doloribus queri apud Matrem or-  
sa est, quos inusitatores jam, quâm pridem,  
experiaretur: Ite in leatum denuò coëgit mali  
violentia, VIRGINEMq; commonefecit, fore,  
ut moretetur. Ipsa proin ad PIETATIS exerci-  
tia (qua nūquā neglexerat) recurrens, & ab-  
ire, quando DEO videretur, paratisima, ani-  
mam REDEMPTORI commendavit, iden-  
tidem his usi vocibus: HErr J̄su dir beschl ich  
meinen Geist; Du hast mich erlöst du getrewet  
Heyland: Quotiescunq; saltim per paroxismos  
& morbi vehementiam liceret, neminem  
majori cum voluptate, quin & frequentius ap-  
pellabat, quam Conservatorem JESUM. Mar-  
tis die (qui 8. erat Decembr.) circa meridiem  
verbō divino suppeditabat Parens Filiz, quan-  
tum unquam poterat, solarium; Deinde ex  
auto contra chariori hymno: Wie schon lach-  
tet der Morgenstern: aliquot verlus Ægræ præ-  
legebac, interq; alios istum: HErr Gott Vater  
mein starkcr Held ic. usq; ad hac verba: Eha/  
Eha/ Himlich Leben wird Er geben mir dort oben/  
ewig soll mein Herk Ihn loben: qua maximo cū  
ardore

ardore ac studio repetiit, ultimosq; Hymni  
duos versus suapte sponte de novo ausplicata  
elatiissimā voce cecidit: Singet/ Springet/ Ju-  
bilaret/triumpharet/dankest dem H̄errn. Deniq;  
finē Chorūs; Kom du schone freuden Akothe/  
bleib nicht lange Deiner warte Ja mit verlangen.  
Paterito Martis, i.e. 15. hujus mensis die intra  
6. & 7. vespertinam, in ipso flore etatis, &  
decimū saltim sextumq; ad numagens, beatissimè  
exspiravit, animamq; DEO, unde accepereat,  
reddidit, corpus nobis reliquit T E R A E M A-  
TRI, è quā oriundum erat, consecrandum.  
Quod quidem humandi officium hac ipsa die  
DEFUNCTÆ exhibebim⁹. Itc frequentes, Ci-  
vesACADEMICI, exequias; vos in primis, STV-  
DIOSI JUVENES, ultimum honorem, si fors  
nulli alii, eo, quo par erat, numero, præstare vo-  
lupte est, saltim VIRGINI ne denegare, quā ere-  
ptam hisce terris adèo immature esse, nos cer-  
tè pluribus aliis, vos hâc præcipue cauſâ dole-  
bitis, scio, quòd antè mortalitatis, quām mu-  
liebris patientiæ sustinuerit legem. P. P.

XIX. Decemb. sub sigillo Re-

Autoratus. A. 657

Conventus fiet horā i. pomerid, in  
Æde B. VIRGINI lacrā,

¶ §:(o):§



mus; Proavia materna ANNA  
nata isto ACADEMIÆ quo  
omniumq; in eâ elegantiorum  
**STAURATORE, ARNOLDO**  
summo ac incomparabili **VIRGO**  
laudando, in quantum prisca v  
tio intelligi unquam possunt. H  
suimus, sunt, quibus originem  
**ELISABETHA WILLEBRAN**  
tes, quum non nisi cā, quā ipsi  
lucem prodissent, conditione,  
nuisse scirent, i.e. peccati sordi  
volutam, adeo q; extra gratiæ sta  
ante omnia id dedere operam,  
smum, illud INITIATIONIS  
à virtio, quod adhærebat, abluer  
dus recepta, Christianæ Ecclesi  
fieret. Neq; verò deinceps etia  
intermissum est eorum, quæ  
meq; educandæ factura esse vid  
eran non monstrata ei via ad virtu  
varia idcirco exercita VIRGINI  
suit, sed nulla c̄rebrior, quam P  
quā sciret habere promissiones  
seculi. Non habita ferè sacris  
Concio, & vix preces peractæ  
audiente. Non res ulla conspedi

